

# **Landesbibliothek Oldenburg**

**Digitalisierung von Drucken**

**Epicedium Beatissimis Manibus Viri ... Dn. Johannis Ab  
Asselen, Civitatis Oldenburgensis Consulis ...**

**Gleim, Johannes Christoph**

**Oldenburgi, [1708?]**

**VD18 13158023**

Titelblatt

**urn:nbn:de:gbv:45:1-20448**

EPICEDIUM  
BEATISSIMIS MANIBUS  
VIRI

Amplisfimi, Nobilissimi &  
Consultissimi,

DN. JOHANNIS  
AB ASSELEN,

Civitatis Oldenburgensis Consulis  
optime meriti,  
&

Ad diem 28. Martii Anni 1708.

pie defuncti,

die 12. Aprilis vero comitantibus omnibus Bonis,  
maximaque Civium frequentia sepulcro illati,  
consecratum

à

Cliente devotissimo

Johanne Christophoro Gleimio,

Scholæ Oldenb. Con-Rectore.



Oldenburgi, Typis Jacobi Nicolai Adleri, Regis Danorum  
privilegiarii Typographi.



# EPICEDIUM BEATISSIMI


## DN. JOHANNIS AB AS

Civitatis Oldenburgi

Ad diem 28

die 12. Aprilis vero  
maximaque Civium

Clientelae  
Johanne Christiano  
Scholæ Oldenburgi



Oldenburgi, Typis Jacobi Nicolai Adleri, Regis Danorum  
privilegiarii Typographi.







Armine tentabam lacrymosæ promere  
mortis

Fata, quibus nobis CONSUL ademtus  
erat.

Sed stupor infedit menti, & torpore gravata

Longè imperfectum dextra reliquit opus.

Cynthius ipse aurem vellens mihi, desine, dixit;

Quippe tua est tanto Musa dolore minor.

Quid cupis hic miseros verbis æquare dolores,

Cum tantum lacrymæ pondera vocis habent?

In numeris jam non medicina paranda sonisque,

Si gemitus numero; sine querela caret.

Castalis unda nihil prodest, si flebilis imber,

Singultû mixtus, cuilibet ora rigat.

Contusum pectus, trepidantiâ membra timore,

Turbati crines, pallor in ore sedens,

Ad terram vergens caput, & squalor, tenebræque

Sat manifesta sui signa doloris habent.

Is, qui Defuncto FRATERNO junctus AMORE,

Largiter effusis imbris ora rigat,

CONJUX lamentis utitur, flent PIGNORA cara.

Inque domo lacrymas angulus omnis habet.

Illa VIRUM; hæc PATREM lugubri voce re-  
quirunt.

Hinc nil proficiens nostra taceto chelys.

Adspice! quam variis cruciet se CURIA curis,

Dum CAPUT in solito cernit abesse loco.

Adspice! quos lessus tristissima PATRIA fundat,

Quantus & affligat, TEMPLA, SCHOLASQUE  
dolor,

Attoniti hoc casu ducunt suspiria CIVES,

Et lacrymis jungunt talia verba suis.

Hei!